

Liber Decimus De diuortio.

DIVISIO TOTIVS LIBRI.



M IN Superioribus disputauerimus de impediendis matrimonij vinculum dirimentibus, ac de eius effectu, nempe, de obligatione debiti reddendi, & cohabitandi. Iam de dissolutione matrimonij quoad thorus, & cohabitationem, quae diuortium appellatur, differendum est. Et primo quidem agemus de diuortio ratione adulterij, quando liceat, necne. Deinde, de diuortio ratione aliorum criminum, ut fornicationis spiritualis, qualis est, haeresis, apostasia a fide, aut ratione inductionis ad peccatum. Et tandem de diuortio ratione seuitiae.

DISPUTATIO PRIMA.

Verum diuortium quoad vinculum matrimonij, quod repudium vocant, fuerit ante legem Euangelicam Iudaeis, aut Gentilibus licitum? Et an post eius promulgationem, eis liceat?

SVMMARIVM.

Diuortium vnde dicatur, & quotupliciter vsurpetur, & quid inter illud, & repudium distat? num. 1.
 Quotupliciter apud Romanos diuortium celebrabatur, & qua forma, & quas ob causas? num. 2. & ibi, remissio de libello repudij apud Hebraeos.
 Quot disputanda sint, num. 3.
 Refertur triplex sententia circa libellum repudij, an olim liceret Hebraeis, nu. 4. 5. & 6.
 Sententia Aulhoris, num. 7.
 An inter Gentiles liceret aliquando repudium? num. 8.
 Post legem Euangelicam an liceat in aliquo euentu dissoluere matrimonium quoad vinculum? num. 9.
 An Iudaei, vel Gentiles nunc repudiantes vxores, peccent? num. 10.
 An conuersi ad Christianismum, ex Iudaeis, Gentilibusve, cogendi sint redire ad vxores infidelitatis tempore repudiatas? num. 11.
 Qualiter Imperatores Christiani repudia conualescentes, excusari possint? Et an Pontifex possit illi approbare? num. 12.
 Coniunguntur argumenta, num. 13.

ANTE QVAM Disputatione aggrediamur, praemittere oportet, vnde dicatur diuortium, & quotupliciter vsurpetur, & quid inter illud, repudiumq; distet. Diuortium teste Iuriscofulto. l. 2. ff. de diuortijs, dicitur, vel à diuersitate mentium: vel quia in diuersas partes eunt, qui matrimonium distrahunt. Dupliciter autem vsurpatur. Primo, vt importat dissolutionem matrimonij quoad thorum, & cohabitationem. Et in hac acceptione comunitur vsurpatur apud Theologos. Secundo, vt importat dissolutionem etiam quoad vinculum. In qua acceptione vtuntur hac voce Iuriscofulti: vt constat ex toto tit. ff. de diuortijs. In hac ergo, & sequenti disputatione, sermo erit de diuortio, in hac posteriori acceptione. Deinceps autem in priori. Distat autem inter diuortium, quando dissolutione vinculi matrimonij importet: & inter repudij: quod illud solius vxoris dicitur: Hoc autem vxoris, tunc etiam sponse de praesenti nondum cognita. l. inter stuprum. 91. & l. inter diuortium. 191. ff. de verb. signif. Tripliciter autem inter Romanos conubia dissoluebantur teste Rosino lib. 5. antiquit.

Roma-

Romanorum. c. 38. & Reuardo commento duodecim tabularum. c. 19. vsurpatione diffarreatione, & remanicipatione. Vsurpatione: quia mulieres in potestate parentum, aut tutorum erant: idcirco vxor nondum vsucapta, ante annum à marito recedens, vsurpabatur, hoc est, à parentibus, aut eis deficientibus, à tutore, solemnique quadam ratione apprehendebatur, & viri potestate liberabatur, si ab eo trino die abfisset. Diffarreatione: erat quippe quoddam sacrificij genus, quo inter coniuges fiebat dissolutio: sicq; appellabatur, quia erat farreo libo adhibito. Remanicipatione: quia quasi coemptione, in matrimonio contrahendo, mulier in mariti manum tradebatur. Quod spectat illud Terentij in Andria, *Hanc mihi in manum dat*. Atq; eadem mulier in repudio remanicipabatur: hoc est, vir in cuius manum conuenerat, manu ipsam patribus, aut tutoribus reddebat. Vltra hos autem modos dissoluedi matrimonium, erat tertius, quem diuortio de Roma triumphante, teste Blando de Roma triumphante, lib. 8. pagina. 2. & 3. distabat autem inter repudium, ac diuortium ex vna parte, ac diremptionem ex altera. Quod illa vniuersusq; arbitrio, & voluntate fiebant: haec autem principis arbitrium desiderabat. Diuortij autem forma, haec erat, vt restatur Iuriscofultus. l. 2. ff. de diuortijs. *Conditione tua non vxor, vel, Res tuas tibi habeto, vel, Res tuas tibi agito*. Quod Cicero significauit oratione. 2. contra Antonium, agens de Mima ab ipso repudiata. *Frugi factus est, Minam illi suam suas sibi habere res dixit*. Huius etiam meminit Martialis, sic dicens. *Mense nono Iani veteri Proculia maritum desoris, atq; inbes res sibi habere suas, & Apuleius lib. 5. A finit aurei, sic ait dixisse Cupidinem lacefsitum à Psyche, Confestim thoro meo diuertit, res tuas tibi habeto*. Alia etiam erat formula apud Cardienfes, vt refert Petrus Gregorius Synagmate iuris. p. 2. lib. 9. c. 5. sine, solit'erant sacerdot'es mariti ades adire, vbi vxore conueniente ignis accendebatur, qui si extinguebatur, ante quam simul eoniages quadraginta annos vixissent, fiebat diuortium, quod instar repudij erat. Inde q; abijce in prouerbium, *Pro repudio aquam igni iniicere*. Causa autem repudiandi vxorem, numeratur l. consensu. C. de repudijs. Inter eas autem annumerabatur, si Circensibus, vel I heratilibus ludis, vel arenarum spectaculis, in illis locis in quibus haec assolent celebrari,

marito prohibente vxor interfisset. Atq; ita Sempromcius Sophus vxorem repudiauit, nil aliud causatus, quam se ignorante eam ausam ludos spectare. Teste Valerio Maximo lib. 6. c. 5. De forma autem seruata in repudio apud Hebraeos, & circa alia de repudij libello ipsi concessio, consule di sunt. D. Thom. & Doctores. 4. d. 33. & potissimè Abul. c. 19. Marth. q. 52. & multis sequentibus. Quae consulto omitto, tamen ad rem moralem praesentem parum conducentia.

Quaestio igitur in praesenti disputanda est. An aliquando liceret diuortium, seu repudium, quo matrimonio vinulum dissoluebatur, libero manente vtroq; coniuge, vt ad alias nuptias transiret? Et primo disputabimus de Hebraeis ante legis Euangeticae promulgationem. Deinde, de Gentilibus: Tandem, de omnibus post legem dictam.

Circa Hebraeos, an olim fuerit ipsis repudium permillum tanquam licitum, vel potius tanquam minus malum, ad maiora praecauenda: quatuor sunt sententiae. Prima vtramq; partem problematicè tuetur, vtriusq; argumenta soluet, & neutram definiens. Sic. D. Thom. 4. d. 33. q. 2. art. 2. quaestiuicula. 2. vbi Scotus. q. 3. Ricardus art. 3. q. 1.

Secunda sententia docet repudij fuisse permillum, non tanquam licitum, sed tanquam minus malum, ad vitanda maiora. Achilles huius sententiae est, id quod Christus seruatur noster Pharisaeis dixit Matth. 19. *Quoniam Moyses ad durici cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic*. Secundo, quia, ei gaudemus, de diuortio dicitur Christum reprobasse repudium antiquum Hebraeorum, non ergo fuerat licitum. Atque ita hanc sententiam tuetur. D. Hierony. lib. 1. commentariorum in Matth. c. 5. & lib. 3. cap. 19. Glossa ordinaria super illud Marth. 5. *Der illi libellum*. Et Lyra in eundem locum. Idem Lyra in illud Marth. 19. *Quoniam Moyses*. Et ibi Replicator contra. 2. additionem Burgenfis. Idem Lyra Deuter. 24. paulo post principium. Magister 4. d. 33. vbi D. Bonau. art. 3. q. 1. Aensis. 3. p. q. 26. membro. 2. art. 2. & 3. Guillelmus Parisiensis, tit. de sacramento matrimonij c. vltimo. Hugo Deuter. 24. paulo post principium. Carthusianus in illum locum Marth. 19. *Quoniam Moyses*. Et ibi Gagneus. Mayronis. 4. d. 35. q. vnica, statim in

Rrrr prin-

principio. Sot. 4. d. 33. q. 2. ar. 2. concl. 2. Art. boreus lib. 16. Theophiz. c. 2. Caltr. lib. 2. de lege pœnali. c. 11. in. 2. principali arguimento. Viguerius lib. instit. cap. 16. §. 7. vers. 9. imp. 10. ad fin. Ludo. Lopez. 2. p. instr. a. de matrim. c. 56. ad fin. vbi de libello repudij. q. 3. Et ex iuris peritis, tenet Glossa. c. cum in lege, verb. & odio. 23. q. 4. Innocen. c. gaudemus. n. 1. de diuort. vbi Host. super, verb. qui autem. Cardinalis nu. 5. Alex. de Neuo ibi. §. qui autem, nu. 5. Archid. c. qui peccat. n. 2. vers. in. 1. gloss. 23. quæst. 4. & ibi Bellamera. nu. 6. vers. in 1. glossa. Tiraquellus. l. 9. connubialis. nu. 5. Ioannes à Monte granatio inter consilia Baldi, consilio. 428. columna. 2. lib. 5. Robertus Senalis, quem refert, & sequitur Couar. 4. decret. 2. par. cap. 7. §. 4. num. 4. Nauar. lib. 3. consiliorum, in. 2. editio. tit. de conuersione infidelium, consilio. 3. fine. Petrus Gregorius syntagmate iuris. p. 2. lib. 9. cap. 1. §. n. 1. & p. 3. lib. 22. c. 3. num. 20. Et est valde probabilis.

6 Tertia sententia ait nec omnino licitū fuisse, nec omnino prohibitum, sed dispensatum esse à Deo, ne repudium illud culpam venialem excederet. Ita Caiet. in illud Matth. 19. *Quoniam Moyses, & ibi Auzano.* Quo autē fundamenta ducatur, me prorsus lateat. Nam cū vxoris repudiū sit res grauissima, aut debet esse culpa lethalis, aut nulla ratione dispensationis. Dicere autē Deū dispensasse solum ne esset culpa lethalis, ad libitum est. Cū nec ex sacris literis, nec ex sanctorū doctrina id constet: nec ratio id suadeat. Imò semper dispensatio legitima ab omni culpa excusat: vel si legitima non sit à nulla.

7 Quarta sententia (cui tanquā multo probabiliori adhaereo) ait, repudium fuisse licitum Hebrais, Deo dispensante in lege naturali cui repudium aduersabatur. Ducor primò. Quoniam verba Deute. 24. initio, vbi concedebatur repudiū libellū mittere, non permissionē minoris mali, sed concessione rei licite important, ibi. *Si acciperit homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenierit gratiā ante oculos eius, propter aliquā fordiditē, scribet libellū repudiij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de manu sua, & Machabæ. 2. Cū odio habueris, dimittet dicit Dominus Deus Israel.* Quod si contendas rem non esse aperta, sed ancipitē, nū ea verba solum minoris mali permissionem, an potius concessioem importent. Esto ita sit, id profectō satis esset vt ea permissione

ventes culpa vacarent: eò vel maxime quod ex nullo Scripturæ sacræ testimonio constabat solum esse permissionem. Cū iustam ignorantie causam haberēt. Secundo, quia id repudium esset illicitum, non permitteret Deus tam longi temporis ignorantia Populum Israeliticum electum laborare: sed aliquis Prophetica reprehenderet: vt alia populi illius scelera carere Prophetae solebant. Tertiò, quia indissolubilitas omnimoda matrimonij non est de iure naturæ, & ita matrimonium ratiū dissoluitur professione religionis: & matrimonium consummatum infidelium, conuersione alterius ad fidem, nolente altero cohabitare absq; contumelia creatoris: sed ea est ex iure diuino, eò qd à Christo eleuatum est ad significandam vnionē Verbi cum humanitate. Sicut probauit lib. 2. disp. 13. n. 7. & sequentibus. Nō ergo mirum, si Deus in veteri lege, in qua non erat eleuatum ad hanc representationem, dispensaret vt dirimi posset eò repudium ex aliquibus causis concessum. Et idē hęc sententiam sustinent. D. Chrysol. seu Author operis imperfecti homilij. 34. in Mathæum. Albertus Magnus. 4. d. 33. art. 25. & supponit. D. Thom. 1. 2. q. 102. art. 5. ad 3. Durandus. 4. d. 33. q. 3. art. 1. n. 7. vbi Palud. q. 1. ar. 2. n. 28. Maioris. q. 2. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 10. §. 3. Burgenis. Mart. 19. additione. 2. & Deuter. 24. addit. 2. Abulensis. c. 19. Matth. q. 46. & quæst. 49. ad. 6. q. 51. & 61. Eius homilia. 74. de sacramentis. Petrus de Soto lect. 13. de matrim. diffie. 2. Ledesma dicens modò esse communem opinionem. 2. p. 4. quæst. 69. art. 7. dubio. 1. Veracroz. 2. par. Speculi, art. 10. conclus. 1. Guillielmus Borrillong. 4. dist. 33. quæst. vnica. artic. 2. conclus. 3. vbi Celala quæst. 3. Palacios ibi, disp. 3. conclus. 3. Bellarmius lib. 1. de matrim. cap. 17. in solutione ad. 14. obiectionem. Maldonado in c. 19. Matth. n. 8. quæst. 2. Emmanuel Saibi. n. 8. & c. 5. num. 3. 1. Metinalib. 4. de sacrorum hominum continentia, cōtrouersia. 1. cap. 10. Angles floribus. 1. p. de trouerha. q. 7. de bigamia, ar. 2. difficul. 2. concl. 1. Petrus de Ledesma de matrim. q. 68. ar. 3. cōcl. 1. & 2. & dicit videri probabile Supplementum Gabriel. 4. dist. 33. quæst. 1. art. 1. & dicit fortē ita esse Enriquez lib. 1. de matr. c. 8. n. 13. fine. Et ex iuris peritis, tenent Abb. cap. gaudemus, de diuort. n. 10. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 203.

Inter

8 Inter Gentiles etiam difficultas est, nū fuerit licitum repudium, ipsi legibus eorū permisso. Id enim fuisse licitum, atq; ita per illud dissolui matrimonium, supponit Abul. c. 19. Matt. q. 76. ad vltimum, ait enim olim dissolutū esse matrimonium inter Iudæos, & infideles. Quia non erat matrimonium ratū. Quod idē affirmat Vera. 2. p. spec. ar. 13. per totum. At dicendū est nullo modo fuisse licitum, nec potuisse dissolui matrimonium: Quod constat. Quia repudiū iuri naturæ aduersatur, iuxta quod matrimonium est indissolubile, licet non omnino, qualiter est indissolubile in lege Evangelica, vt probauit lib. 2. disp. 13. nu. 7. Quare citra Dei dispensationem dirimi non poterat per repudiū. Hanc autem Gentilibus concessam esse, nullibi legitur. Atq; idē hanc partem tenent Sor. 4. d. 33. q. 2. ar. 2. conclus. 1.

9 Post legem autem Evangelicam, nec ipsi Iudæis, nec alijs infidelibus permitti repudium, ac per illud minime dici matrimonium, res est certa. Quia Christus Matth. 19. illud reprobat, & ad statum legis naturalis, in qua matrimonium erat indissolubile, restituit dispensationemq; Hebrais concessam reuocauit, dum dixit: *Quoniam Moyses ad duriciam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia qui cuiusque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, macchatur. Et qui dimissam duxerit, macchatur. Et Matth. 5. ibi, Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam machari: & qui dimissam duxerit, & aliam duxerit, macchatur.* Et qui dimissam duxerit, macchatur. Et Matth. 5. ibi, Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam machari: & qui dimissam duxerit, & aliam duxerit, macchatur. Vbi Glossa interlinealis sic ait. *Doctrina Christi concordat legi naturali: Quid iam est tempus perfectionis.* Idq; clarè definitum est. c. gaudemus, vers. qui autē, de diuort. ibi, *Qui autem secundū ritum suum, legitimum repulauit uxorem. Cū tale repudium Veritas in Euangelio reprobauerit, nunquam ea viuentē licitè poterit aliam habere.* Atq; ita vniuersi Doctores conueniunt. Quod si obijcias, eum hoc sit speciale legis Evangelicæ præceptum: non videtur infideles ad eius obseruantiam constringi, donec baptizentur. Sicut nec tenentur ad confessionem, nec ad alia præcepta positua Euangelij, dempto baptismi præcepto. Solutio est facilis. Id enim verum est de præceptis merè diuinis. At præceptum de indissolubilitate matrimonij, est iuris naturæ, & diuini, suspensumq; in lege Mo

saica ex speciali Dei dispensatione. Quam eum Christus irritari in lege Euangelica, redit matrimonium ad pristinum suam naturam. Quare etiam infideles ad illius indissolubilitatem alitraguntur: nisi prout in lege Christi eius dissolutum permittitur. Nempe, si alter ad fidē conuertatur, prout explicatum est lib. 7. vbi de impedimento disparitatis cultus. Vel ex dispensatione Pōtificia, dum modo post baptismum non sit consummatum (vt tanquam probabile, defendimus lib. 2. disp. 17. n. 2.) vel si ante consummationem vtrique conuertatur, & alter transeat ad religionem (vt ibi disp. 18. latè explicauimus.)

10 Hinc infertur Iudæos, vel Gentiles nūc repudiantes vxorem, reos esse culpæ mortalis. Cū repudium sit contra ius naturæ, quod omnes obligat. Sic Abul. cap. 19. Matth. q. 63. Barbosa. ff. solut. mat. rubr. 2. p. nu. 10. Existimo autem etiam nūc posse omnes hos culpæ immunes esse, ratione ignorantie inuincibilis. Quoniam contrarium significet ibi Barbosa, dum ait ante legem Evangelicam, ignorantia excusasse infideles à culpa repudiij: nunc autē reos esse culpæ. Sed sicut tunc excusabat ignorantia: eò quod indissolubilitas matrimonij nō procedit ex principijs per se notis, sed ex illis deducitur per remotas causas. Ita & nunc excusare potest. Nec obstat sufficienter iam esse promulgatam legem Evangelicam: Quia adhuc stat dari ignorantiam inuincibilem huius præcepti.

11 Secundo infertur, infideles ad Christianismum conuersos, si tēpore infidelitatis legitimas uxores repudiarent, cogendos esse ad illas redire, quānis iam aliud inijsent matrimonium: nisi easus accidat, in quo per conuersionē alterius dirimatur matrimonium infidelitatis tēpore cōtractum. Vt clarè deciditur. c. gaudemus, vers. qui autē, de diuort. Et tradunt Sor. 4. d. 33. q. 3. Duran. 4. d. 39. q. 2. fin. vbi Celala. q. vni. fin. Allen. sum. 2. par. lib. 8. tit. 21. artic. 2. q. 6. Ioannes de Friburgo sum. confessorum, lib. 4. tit. 10. q. 5. Abul. c. 19. Matth. q. 63. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 6. paulo post principij, puncto. 3. Syl. matrimonium. 8. q. 10. dist. 7. Rosell. verb. impedimentum. imped. 9. n. 6. Armilla verb. matrimonium. n. 39. Moñaldus sum. tit. de matrim. vbi de dispar. cultu, vers. itē patet ex his. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 427. Angles floribus, de matr. 1. p. q. 12. de dispar. cultus, art. 2. dubio. 3. Secunda autem vxor quam

Rrrr 2 priori

priori repudiata duxerant, non est legitima, nec talis esse potest, nisi soluto prioris vxoris repudiata matrimonio, accedat nouus vtriusque consensus.

12 Tertiò infertur vix posse imperatores Christianos à culpa excusari, qui repudiū concesserunt: vt constat ex. c. Iustinianò, tit. de repudijs. Duplicem tamen excusationem asserit Barbofa alios referens. ff. soluto matrim. 2. part. rubric. à numero. 10. vsque ad. 17. prior est, eos minime approbasse, nec permisisse tanquam licita repudià, sed tanquam minùs mala, quò grauiora damna præcauerentur. Sicur Doctores nouo. 5. allegati aiunt Moysem ea Hebræis permisisse. Quauis enim Princeps teneatur prauas cõsuetudines abolere, & reus sit culpæ, id omittens, dum commo- dè efficere potest. At fecus est, vbi absq; maiori damno cõmunis boni id fieri nequit. Vnde rectè D. Chryf. hom. 32. super cap. 19. Matt. inquit. *Permittimus quod nolentes indulgemus quia prauam hominum voluntatem ad plenum prohibere non possumus. Permittitur ergo fieri mala, ne fiant peiora.* Et refertur cap. hac ratione. 31. quæst. 1. & hanc excusationem approbat, & meri-

10, Barbofa ibi. nu. 10 & 11. Posterior est, indissolubilitatem matrimonij non ita arctè in primitiua Ecclesia intelledam esse, quin liceret ex legitima causa apud Episcopos prouinciales probata, libellum repudij dare. Atq; ita non mirum si Iustinianus errauit. Cauendum tamen est à doctri- na Alciati lib. 6. Parergon. c. 20. inde inferentis, Pontificè posse leges Iustianij repudià permittentes approbare. Quoniã si matrimonium sit iam cõsummatum, nullo pã &o. valet Pontifex in eo dispensare (vt probauit lib. 2. disp. 13. n. 11.) si autem sit ratum, quanuis possit in vno, vel altero euentu dispensare: at legem generalem de hoc indicare, nullo modo potest, vt ibi probauit disp. 14. n. 4.

Tandem ad argumenta, nu. 5. proposita respondetur. Ad primum die eam permis- sione emanasse propter duritiã cordis Iudæorum, à non fuisse permissionem minoris mali, sed minoris boni, Deus enim conueniens pepuli illius fragilitati, ac cordis obstinationi, dispensauit, vt liceret illis repudium. Ad secundum dic. c. gaude- mus, intelligi de statu legis Evangelicæ, in quo iam repudium cessauit.

DISPUTATIO SECVNDA.

Vtrum ob adulterium alterius coniugis dissoluatur matrimonium quoad vinculum, ita vt integrum sit innocenti ad alias nuptias transire.

SVMARIVM.

Refertur error affirmans ratione adulterij dissolui vinculum, nu. 1. Sententia Catholica negans, nu. 2. Soluuntur argumenta. Et enodantur. c. si qua mulier. 3. quæstion. 1. & cap. dixit Dominus. 32. quæstion. 1. cap. concubusit, & cap. vxor. 32. quæstion. 7. num. 3.

Disputatio hæc multum negotij nobis facesceret, nisi præter alios antiquiores, nouissimè eam disputassent aduersus hæreticos, & latissimè in suis controuersijs, Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 15. & duplici sequenti: & Valeria lib. vnico de indissolubilitate matrimonij, c. 3. & duplici sequenti. Atq; ideo breuiter tagam, & dissoluam potissima argumenta Hæretico-

rum. Et quidem, ex Catholicis aliqui existimarunt omninò dissolui matrimonium quoad vinculum, eo propter adulterium alterius coniugis separato: atq; ita licere aliud matrimonium inire, priori coniuge superstite. Atq; ita Sixtus Senesii lib. 6. bibliotheca refert Origenem tractat. 2. in Matthæum, asserentem quosdam sui temporis Episcopos permisisse alias nuptias vxoribus, ob virorum adulteria, ab ipsis diuertentibus. Et tenere Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionè. Erasmus in annot. ad. 1. ad Corinth. 7. Caietan. in illud Matth. 19. quicunq; dimiserit. Catharinus lib. 5. annotationum contra Caietanum, in fine. Isq; fuit error Græcorum, vt refert Guido Carmelitanus sua summa de hæreticis. Ac in errore eodem versantur hæretici nostri tẽporis, Anabaptistæ, Luthe-

rani,

rani, & Caluinistæ. Ducuntur primò, quia Christus Matth. 19. ait, *Quicunq; dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur: & qui dimissam duxerit, mæchatur.* Et refertur cap. dixit Dominus 32. q. 1. vbi Christus apertè concedit dimissionem vxoris ratione adulterij. Nec potest intelligi de sola dimissione quoad thorum, & habitationem. Quia non esset ad rem Christi responsio. Pharisei enim de dimissione quoad vinculum, quam repudium appellabatur, interrogare. Et cõfirmatur, quia solum damnat Christus ibi criminis mæchæ, ducentem fœminam à viro dimissam, nisi ob fornicationem dimissa sit: illa enim exceptio, nisi ob fornicationem, ad vtrãq; partè refertur. Quod probat Durand. 4. d. 35. q. 2. ad. 2. reprobab. dicentes tantum referri ad priorem partem: scilicet, ad dimissionem vxoris. Quia exclusa à tera parte, exceptio non habet locum. Vt si dicatur, quicunq; dimiserit vxorem excepta fornicationis causa, mæchatur: falsum est. Quia ex sola dimissione illius, non est mæchæ reus. Ergo ducens dimissam causa legis fornicationis, minime mæchatur, sed legitimum erit matrimonium. Secundò confirmatur, quia à repudij improbatione excipit ibi Dominus causam fornicationis. Atq; videtur ibi nõ reprobasse Dominum repudià veteris legis, per quæ soluebatur matrimonium, nisi quando fiebant ex alijs causis, quã fornicationis. Sicut ergo in veteri lege vxore repudiata per fornicationem, licebat viro aliam ducere, sic licebit in noua. Secundò probatur ex decreto Zachariæ. I. Pontificis, & refertur cap. concubusit. 32. q. 7. ibi. *Concubusit cum sorore vxoris tuæ, neutrum habebas, & si illa que vxor tua fuerit, conscientia sceleris non facit, si se continere non vult, nubat in domino cui velit.* Et ex. D. Ambrosio. 1. ad Corinth. 7. & refertur. c. vxor. 32. q. 7. ibi. *Vxor à viro non discedat, nisi causa fornicationis: quod si discesserit, aut maneat innupta, aut reconciliari. Ideo non subdit de viro, quod de vxore permisit. Quia viro liceat ducere aliam. Et ex Concilio apud Vermerias, & refertur cap. si qua mulier. 31. q. 1. ibi. *Si qua mulier in morte sui mariti consiliata sit cum alijs, & ipse vir se defendendo aliquem illorum occiderit: si probare potestille vir eam esse consilij, potest (vt nobis videtur) ipsam vxorem dimittere, & si voluerit, aliam ducere.* Ex quibus locis apertè constat licere saltem viro ad alias nuptias migrare, atque*

ita dissolui matrimonium quoad vinculum. Tertiò, quia matrimonium solum importat ius vnus coniugis in alterum, quoad thorum, & habitationem, vtrunq; aut soluitur altero adulterante. Ergo & matrimonium ipsum. Tandem, quia diuortium nouæ legis successit loco repudij veteris legis: vt constat ex. c. 19. Matth. vbi repobato antiquo repudiò, statuit Christus legem de diuortio. Sicut ergo ob repudium antiquum soluebatur matrimonij vinculum: ita ob diuortium nouum: ea sola constituta differentia, quòd illud ex pluri bus causis liceuerit, cum hoc ex sola fornicationis causa permissum sit.

Veritas autem catholica est, nequaquã dissolui matrimonij vinculum ob adulterium, atq; ita neutri coniugij licere alio superstite ad alias nuptias transire: quòd si transcat, matrimonium esse irritum. Hanc veritatem statuerunt Innocentius I. Pontifex Epistola. 3. ad Exuperium Episcopum. c. 6. habetur tomo. 1. conciliorum. Canon. 48. Apostolorum. Alex. III. c. ex parte, de Sponsal. Concilium Milletinum canon. Africanum cap. 69. Prouidens canon. 10. Nannerensis cap. 12. Et nouissimè Tridentinum in Armenorum instructione, & Tridentinum ses. 24. de matrimonio, canone. 10. Atq; hæc veritas semper in Ecclesia recepta est à sanctis patribus, vt discurrens per omnia secula, varia sanctorum testimonia asserens, eruditissimè probat Bellarm. in suis controuersijs, lib. 1. de matrim. c. 16. Et probatur primò. Quia D. Paulus. 1. ad Corinth. 7. eam fuisse veram Christi mentem declarat. sic dicens. *1. autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Quo in loco, teste. D. Aug. lib. 1. de adulter. coniugijs. c. 1. 2. 3. & 4. Apostolus non de eadem dimissione loquitur: sed in prioribus illis verbis. *Præcipio vxorem à viro non discedere:* loquitur de dimissione iniunctè facta, nimirum, vbi non est causa fornicationis. In posterioribus autem, ibi. *quod si discesserit:* loquitur de iusta dimissione ex fornicationis causa permessa à Christo Matth. 19. aliàs non daret coniugij optionem vt post separationem innupta maneret, aut viro suo reconciliaretur: sed cogeret vtriq; iuxta Domini præceptum, quod immediatè præmiserat, vt ad virum iniunctè dimissum rediret. Si ergo vxor à viro adultero recedens, necesse

Rrrr 3 rido

riò debet innupta manere, aut viro reconciliari: non soluitur matrimonij vinculum propter adulteriũ. Idẽ ex alijs Scriptura locis latè probat Bellarm. d. c. 16. Deinde probatur rationibus Prima fit. Quia Christus Matt. 19. nõ solum omnes illas causas ob quas Hebræi vxores dimittebant, ad vnã fornicationis reduxit: sed etiã repudiij libellũ illis ob cordis duritiam concessum omnino substulit: vt clarè ex cõtextu patet. At repudij libellũ dare, nil aliud erat in veteri lege, quã illa vxore repudiata, liberũ esse viro aliã ducere. Ergo vir diuertens ab vxore fornicatĩ, nõ potest aliud matrimoniuẽ ea viuẽte inire: aliã repudij libellus nõ omnino sublatus esset. Secundo, quia si ob diuortiuẽ causa adulterij celebratũ, soluereur matrimonij vinculuẽ, liceret vtriq; cõiugũ tanquã iã soluto, ad alias nuptias trãire. Atq; ita potior esset cõditio iniqua vxoris ob adulteriuẽ dimissa, quã iusta dimissa ob morbũ diuortiuẽ. Illa enim libera est, vt alij nubat, hæc autẽ minimè. Insuper adultera ex delicto suo commodũ reportaret: pœnaq; prestanti iniquitatẽ. contra. l. relegatorũ. §. vltimo. ff. de interdic. & relag. Tertiò, quia aliã aperiretur via infinitis repudijs etiã iniustis. Nunc enim cum norint fideles diuortiuẽ celebrantes, aut continere, aut reconciliari debere, abstinẽt ab illo. At si ipis permissum esset eo celebrato ad aliud matrimoniuẽ transire, facillimo negotio diuortia fierent, effingereturq; occasiones diuertendi: ac adulteria admitterentur, vt sic matrimoniuẽ cessaret. Qua ratione vñus est. D. Hieron. in. c. 19. Matth. & textus. e. quanto, de diuor. in fin. Tandem, quia matrimoniuẽ femel consummatũ inter fideles, est omnino indissolubile, propter significationem in dissolubilibus vnionis Verbi cum humanitate (vt latè probauimus lib. 2. disp. 13.) non ergo propter adulteriuẽ dissolui poterit.

Ad argumenta, nu. 1. proposita respondetur. Ad primũ desumptũ ex. c. 19. Matt. relato. e. dixit Dominus. 32. q. 1. dic Christus nõ loqui de dimissione quoad vinculuẽ, dũ eã ob fornicationis causã cõcedit: sed de dimissione quoad thoruẽ, & habitationem. Nec inde inseritur minimè satisfactũ esse interrogationi Pharisæoruẽ quærentiuẽ de dimissione quoad vinculuẽ. Quoniã cũ dimissio quoad vinculuẽ claudat potestãtẽ dimittendi vnã, & ducendi alteram: Christus has duas dimisiones seiuẽgens,

priorẽ concessit, posteriori negata. Priorẽq; restrinxit ad solã fornicationis causã. Ad priorẽ cõfirmationem ex eodem textu desumptã, negandũ est antecedens. Vnde ea verba, *Nisi ob fornicationem: dupliciter explicari possunt. Primò cum D. Aug. lib. 1. de adulter. coniug. e. 9. vt nõ accipiantur exceptiua, sed negatiua: ita vt sensus sit. Quicunq; dimiserit vxorem nisi ob fornicationem, idest, extra causã fornicationis, & aliã duxerit, mœchatur. Ex quo affirmatur quidẽ adulteriuẽ eius, qui vxore dimissa extra causã fornicationis, aliã duxerit: at nil ducitur de ducenda aliã priori dimissa extra fornicationis casum. Secundo explicari possunt exceptiua, at tunc exceptio non debet ad vtrãq; partem referri, sed ad solã priorẽ, vt sensus sit. Quicunq; dimiserit extra causã fornicationis vxorem, mœchatur. Et qui dimissã quacuq; ex causã, etiã fornicationis duxerit, mœchatur. Sic explicat D. Thom. 4. d. 35. q. vnica. ar. 5. ad. 4. & ibi D. Bonau. ar. vnico. q. 4. ad. 2. Ricar. ar. 3. q. 1. ad. 2. & communiter alij scholastici. Nec obstat impugnatio Durãdi ibi relata. Quia dimittens vxorẽ extra casum fornicationis dicitur mœchans. Quia est causa fornicationis, vxori. Vt bene docent. D. Aug. lib. contra Adimantum. c. 3. & Teophylactus in. c. 19. Matth. quod etiã ipemet Christus explicuit Matt. 5. sic dicit, *Quicunq; dimiserit vxorem suã, nisi ob fornicationem, factũ eã mœchãri. Vel retenta eadem acceptioe exceptiua, dic cum Abulense. c. 19. Matt. q. 76. ad. 4. in priori parte ad quam solã referenda est exceptio, supplendum esse, peccat: & sic sensum esse. Qui vxorem præter fornicationis causã dimiserit, peccat: & qui ex quacunq; causã dimissã duxerit, mœchatur. Ad secundum confirm. constat ex dictis: non enim exceptio. Christus causã fornicationis, quã ob hanc repudiũ illegitum, & in suo robore relinquens, ceteris causis reprobatis. Sed repudiũ quo soluitur vinculuẽ, omnino reprobato, approbauit diuortiuẽ quoad thoruẽ, & habitationem, & hoc, ob solã fornicationis causã. Ad secundum argumentum desumptum ex varijs illis textibus, dic decretum illud Zachariæ, intelligi, vt nubat post mortem viri: vel eo viuenti, si erat tantũ sponsa de futuro, vt explicat glossã finalis eo. cap. concubuiisti. Ad reliqua concilia respondet Ioannes Fernãdez lib. 1. Theauri**

scripturarum. c. 47. num. 2. eam fuisse permissionem ad vitanda maiora mala. Sicut di sp. præcedenti. n. 12. hac ratione defendimus leges Imperatorum Christianorum repudia permittentium. Secundo respondet Maldonado in. c. 19. Matth. eã concilia esse apocrypha, & spuria. Nec mirum, quia etiã Gratianus. e. quod proposuisti 32. q. 7. & Magister. 4. d. 35. & Abul. cap. 19. Matth. q. 76. ad. 1. in fine, dicunt illud testimoniuẽ. D. Ambrosij relatum. c. v. xor. 32. q. 7. relatum in. 2. argumento, non esse ipsius, sed ab Hæreticis impostum. Tertio respondet idem Maldonado, intelligenda esse, vt marito dimittenti vxorẽ adulterã, liceat aliud matrimoniuẽ contrahere, post mortem vxoris adulteræ: Quod si dicas, quid opus fuisse rẽ tã aperta, omniq; dubio carentẽ explicare? Respondetur id expressum fuisse ad declarandã differentiam inter virum, & vxorem adulterã, quã loco penitentiaẽ iubeba-

tur aliquando etiã marito mortuo à nuptijs abstinere. Ne quis ergo idem de marito intelligeret: explicatum est. Sed hæc solutio quauis alijs textibus adductis accommodari possit: & est conformis solutioni Glossã proximè citatã. At cap. si qua mulier, non patitur hanc declarationem, expressè enim agit viuenti vxore: quia concedit ipsã vxorem dimittere, & aliã ducere: & subdit, *Vt nobis videtur, quã res sit dubia. Vnde priorẽ solutionem satisfaciunt huic textui. Ad tertium, dic matrimoniuẽ ultra illã obligationem, includere vinculuẽ, vtrumq; coniugem attingens, ne altero superfluo valeat aliud matrimoniuẽ inire: idq; minimè dissolui per adulteriuẽ. Ad vltimuẽ dic, cum Abulensi capit. 19. Matth. quãt. 76. ad. 5. non omnino successisse loco repudij. Multa enim ibi sunt differentia: quas ibi*

DISPUTATIO TERTIA.

Verũm ratione adulterij alterius coniugis, licitum sit diuortium quoad thorum, & habitationem: sitque in hoc vtrique coniuges æquales.

SUMMARIUM.

Refertur sententia asserens non esse pares coniuges quoad diuortium, nu. 1. Adulteriuẽ est causa sufficiens diuortij quoad thorum, & habitationem. 2. An vxor adultera possit etiam dimitti quoad curam? Et euodatur. cap. admonere. 33. q. 2. nu. 3. An sit hoc de iure naturæ. nu. 4. An fornicatio in sollicitate tempore admisa, sit sufficiens causa diuortij: etiam si fornicans conuertatur ad fidem. nu. 5. & ibi, remissiuẽ, quid, si innocens dederat causã, repudiando? Vir & vxor sunt pares in causa diuortij celebrandi ob adulteriuẽ, nu. 6. An consecrato obtrunierit, vt vxor nequeat diuortium celebrare, ratione adulterij viri: possitque præalere aduersus hoc ius naturale, & diuinum? nu. 7. An desideretur monitio, vt vxor possit diuortio a viro adultero? nu. 8. An sit præsumptum tempus, quo transacto nequeat proponi accusatio adulterij ad di-

uortium celebrandum? numero. 9. Soluuntur argumenta, nam. 10. **C**eter in illud Matth. 19. *Quicunq; dimiserit vxorem, in iure diuortij celebrandi propter adulteriuẽ: sed id solis viris permitti ob vxoris adulteriũ. Ducitur primò, quia Christus Dominus Matth. 5. & 19. legem hanc diuortij explicans, de solis viris mentionem fecit. Et eodem pacto illorum tantũ meminere. e. significasti. e. ex literis, & cap. gaudemus, de diuort. Nec est similis ratio, vt vxor possit à viro adultero diuortere. Quoniã adulteriuẽ vxoris longè grauiorem iniuriam viro inferit, propter solobis incertitudinem, ac viri infamiam. Secundo, quia repudiuẽ in lege veteri solis viris concedebatur. Deuter. 24. eius autem loco successit diuortiuẽ in lege noua, vt constat ex cap. 5. Matth. Tertiò potest probari, quia saltem consuetudo iam inualuit, vt id diuortium non cõcedatur vxoribus, ob viri*

adulterium. Vt testatur. D. Basilus in suis canonibus, canone. 9. 86. 21.

Prima conclusio. Adulterium vxoris est causa sufficiens vt vir ab ea diuertere possit quoad thorum, & habitationem. Cōstat ex cap. 5. & 19. Matth. & ex c. significasti. e. gaudemus. c. ex literis, de diuortio. Et ita conclusio hæc est de fide: & à nemine in controuersiam adducitur. Et rationes naturales, quibus innititur, asserā, numer. 4. vbi tractabitur an hoc sit de iure natura.

Temperant autem alii qui conclusionē, vt quis possit maritus vxorem adulteram deserere quoad thorum, & habitationem, non tamen possit quoad curā, & disciplinam, nisi post peccatam ab vxore penitentiam septennem. Sic sentiūt Goffredus, & Rosenf. c. admonere. 3. q. 2. prout eos ibi refert Archid. nu. 3. Ducuntor que per illum textum, qui est Stephani. V. ibi. Post septem annos penitentia peccata, dimittit. re. cap. poteras. si voluisses. Sed iure optimo Archid. eo. numer. 3. & ibi Bellamera, numer. 2. referentes Hugonem, & Laurentium, improbant hanc sententiam, dicens que etiam quoad curam, & disciplinā posse adulteram dimitti. Quia indistincte ait Christus Dominus licere viro ab adultera diuertere. Matth. 5. & 19. Nec obstat d. c. admonere. Quia Stephanus (inquit) arguētur à minori ad maius, hoc modo: Si post septennē penitentiam poterat vxor adultera, omnino dimitti, à fortiori ante illā. Idē tenet Immol. c. tu. nu. 5. de procur.

Sed dubitari potest, num ex natura contractus matrimonij proficiatur, vt licet ad diuortij rationē adulterij: ac proinde illud sit de iure natura. Id enim negat Castro lib. 2. de lege pœnali. c. 4. in fine, asseritque esse de iure diuino positiuo. Quoniam diuortij hoc ratione adulterij, nunquam ante legē Euāgelicā innotuit, nullū enim in veteri testamēto inuenitur huius legis vestigiū. Sed adulterā pœna fuit, lapidari: adultero autē nulla est indicta pœna. At si esset de lege natura, fuisset in aliquo veteri testamēti loco declaratū: vt multa alia non æquē necessaria sunt ibi expressa. Sed verius est, oriri ex matrimonij natura diuortium hoc, atque ita esse de iure natura. Quod docent Duran. 4. d. 35. q. 1. art. 1. n. 5. Sor. 4. d. 36. q. vnic. ar. 1. concl. vnic. Vistoria sum. de matr. n. 289. Ledef. 2. p. 4. q. 64. art. 2. paulo post principium, Enriq.

lib. 1. de matr. c. 17. nu. 1. & 6. Petrus de Ledef. de matr. q. 62. ar. 1. statim in principio. Barthol. à Ledef. de matr. dubio. 65. cōcl. 1. Probaturque, quoniam ex contractus matrimonij natura oritur, vt cōiuges mutua sibi seruare fidem, quoad thorum, & habitationē, ac reliqua ministeria teneant. At ipsum met ius naturæ dicitur vt frangēti fidē fides seruanda nō sit. c. peruenit, et 2. de iureiur. c. si infidelis. 2. 8. q. 2. l. si cōuenit. ff. pro socio: ergo ex vi matrimonij, & ex ipso naturę iure cōiur, scilicet alter alteratenans fidē frangit, minimē tenetur illi fidem seruare, sed potest ab ipso diuertere. Deinde, quia contractus promissionē includens non obligat superte natura rebus notabiliter mutatis, qualiter accidit cōiur ge altero adulterate. Quare ratione textus c. quemadmodū, de iureiur, vitur ad probandū sponsalia diuini altero spōso fornicante. Cū ergo matrimonij cōtractus claudat spōsionē redditionis debiti, ac mutua habitationis, altero coniuge in adulterij lapsio, eximetur innocens ex vi nature ipsius met contractus, ab hac obligatione.

Hinc inferitur ob adulterij cōmissum inferre ob adulterij cōmissum diuortij. Quoniam infideles legi naturali subiiciuntur. Atque ita docet. D. Th. 4. d. 39. q. v. nisi sine totius quæstionis, exponēs literā Magistrī. Et cōcordant omnes Doctores allegandi. Quando verō alter dedit causam nolens cōhabitare, vel repudiā: dicēdū est disp. 5. n. 8. Maior autem difficultas est, quando coniux ille tēpore infidelitatis adulter, iā baptizatus est; an possit dimitti ratione adulterij illius non dū ab altero cōiuge remissis. Quidam enim id negant. Quoniam in baptismo plena remissio criminis fit: ac subinde de baptizatus nō potest accusari de crimine prius admisso. Steglof. c. quod autē, in fin. 32. q. 1. & multalij teste Archid. ibi. n. 4. Idē glof. 32. q. 6. in sum. verb. sed ponatur. Monal. sum. tit. de matr. vbi de dispari cultu, vers. itē nūquid. Ioan. de Fribur. sum. confess. lib. 4. tit. 10. q. 11. Nauar. summa. c. 16. n. 29. Martienço lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. nu. 102. Sed absq; dubio tenēdū est posse dimitti. Id enim expressē videtur definitum. e. gaudemus, in fine, de diuortio. vbi Glossa finalis red dit optimam rationē. Quia baptifmus remittit peccatum in ordine ad Deū, non tamen vt est viri offensa, cui frastra est fides coniugalis: ac proinde ratione huius offensæ ius habet diuortij. Sicut non ob-

Rante baptifmo possit resilire innocens à quocunq; alio contractu, altero fidem minimē seruante. Atque ita tenēt ea glossa finalis, & ibi Inno. nu. 3. Host. n. 16. Ioan. And. n. 22. Anto. n. 21. Abb. n. 16. Card. n. 5. oppo. 4. Anchar. n. 19. & 20. Henric. n. 16. Alex. de Neuo ibi. 5. qui autē. n. 10. Archid. c. quod autē, 32. q. 1. nu. 3. & 4. & ibi Bellamer. n. 3. Turre. n. 3. Astenfis sum. 2. p. lib. 8. tit. 21. ar. 2. q. 7. Cantera in suis. q. criminalibus, quæstionibus tangētibz pu-nitionē delicti. c. 4. n. 51. Barthol. à Ledef. dubio. 56. de matr. concl. 4. Vega. 1. tom. sum. c. 13. casu. 12. & 15.

Secunda conclusio. Cōiuges sunt pares in diuortio causa adulterij celebrandi: ac proinde sicut vir innocens potest ab adultera vxore diuertere: ita et cōtra vxor innocēs à viro adultero. Hæc est cōtra sententiā Caie. n. 2. relat. 3. cuius sententiā prorsus est falsa, ac temeraria. Hanc enim partē definit Inno. 1. Epistolā. 3. ad Exuperiū, & refertur. c. fin. 32. q. 5. Et concilium Mileuitanū can. 17. & refertur. c. placuit 32. q. 7. D. Aug. lib. 1. de sermone Domini in monte. c. 28. & refertur. c. idolatria. 28. q. 1. & super Epistolam. 1. D. Pauli ad Corinth. c. 7. & refertur. c. Apostolus. 32. q. 7. D. Hieronymus Epistola ad Oceanū, & refertur. c. præcepit. 32. q. 5. D. Ambrosius 1. ad Corinth. 7. & refertur. c. vxor. q. 7. D. Chrystost. cuius dictum refertur. c. si quis vxorem, el. 1. in fin. 32. q. 1. Et constat ex illo loco. 1. ad Corinth. 7. his qui matrimonij iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro nō discedere, quod si discesserit, manere inuuptam, aut viro suo reconciliari. Qui locus in posteriori illa parte, Quod si discesserit: de iusta dimissione per fornicationem viri est necessariō intelligēdus. Vt probant disp. præcedenti. n. 2. Ergo licitū est vxori diuertere ob viri adulterium. Cū D. Paulus ibi nō cogat vxorē ita diuertent ad redeundū, sed optionē illi cōcedat, aut redeundū, aut continendi. Et ratio huius conclusionis est, vt colligitur ex. D. Th. 4. d. 35. q. vnic. ar. 4. Quia pœna legalis non ita stricim ponderant quantitātē culpam ob quas imponuntur, sed satis est si in vtroq; delictū reperiat causa sufficiens pœnæ infligēde. Vt omnia homicidia capitis pœna pleantur, inter quæ, ali qua esse grauiora nemo dubitat. Cū ergo fidei fractio, quæ est ratio diuortij, reperiat in adulterio tam viri, quā vxoris, ob vtrumq; concessum est diuortium: li-

cet hoc maiore manu in iuriam irroget. Atque ideo hæc sententiam tanquā certissimam tueritur, ex Theologis, Magi ster. 4. d. 35. vbi Albertus Magnus ar. 14. & 19. D. Th. q. vnic. ar. 4. D. Bonauen. q. 3. Durand. q. 1. art. 1. nu. 6. Siclear. d. art. 3. q. 4. Palud. q. 1. art. 5. nu. 34. Supplementum Gabrielis. q. vnic. art. 2. Vincentius. 2. tomo, in speculo doctinali, lib. 10. c. 41. Caie. sibi contrarius, in opus. tom. 1. tract. 29. de redditione debiti inter coniuges altero adulteranti. q. vnic. D. Anto. 3. p. tit. 1. c. 2. §. 5. initio Abul. c. 19. Mart. q. 73. Cast. lib. 2. de lege pœnali. c. 4. fin. Pet. de Sor. lect. 12. de matr. ad finem. Sotus. 4. d. 36. q. vnic. ar. 4. concl. 1. Ouan. d. 4. d. 35. q. vnic. ar. 4. conclusio. 1. vbi Clauia. q. 1. initio Palacios. 4. d. 27. disp. 3. fol. 198. Ledef. 2. p. 4. q. 64. art. 2. paulo post principium. Viguier. lib. institutionum. c. 196. 7. vers. 9. in pedim. 10. Verac. 3. p. Spec. ar. 3. conclusio. 1. Nider sum. præcepto. 6. c. 4. Pedraza summa, præcepto. 6. §. 18. Bellarminus lib. 2. de matr. c. 14. §. sunt autem. Enriq. lib. 1. de matr. c. 16. num. 3. Manuel. 2. tom. summa. 2. editione. c. 240. n. 2. Bartholom. à Ledef. dubio. 68. de matr. concl. 1. Petrus de Ledef. de matr. q. 62. ar. 4. Angles floribus. 1. p. de matr. q. 9. de diuortio, ar. 1. diffi. 3. Grassis. 2. p. decisionum, lib. 1. c. 12. nu. 55. Philarcus de officio sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 17. §. sed dubium est. Vega. 1. tomo summa. c. 13. casu. 2. Cañedo summa sacramentorum cap. 7. de matrim. num. 55. Et ex Iustiperitis, docentidem, Glossa. c. 2. verb. vincat 32. q. 1. & c. si quis vxorem, el. 1. verb. non ad imparia. 32. q. 1. Archid. c. omnes cautationes. nu. 2. 3. q. 7. Host. c. intelleximus n. 3. de adul. Abb. c. fin. nu. 3. eod. tit. & c. tuæ, de procur. in fin. Card. c. 2. in fin. de diuortio. Henric. c. gaudemus. n. 10. eod. tit. & ibi Alex. de Neuo. §. quia verō. n. 9. Præp. c. ex parte. n. 4. de Spon. Alber. in suo dictio. licera. D. verb. diuortio. col. 2. vers. an vir & vxor. Socin. conf. 32. vol. 2. Decius regula semper in cōtractibus. 157. n. 6. ff. de reguli iuris Astenf. sum. 2. p. lib. 8. tit. 1. ar. 3. q. 2. Parilius conf. 54. n. 42. volum. 4. Barbatus conf. 64. n. 11. & 12. volum. 1. Rosell. verb. diuortio. 9. vbi Sylu. statim in principio: & matrimonium. 9. q. 6. & 9. Tabiena matrimonium. 4. q. 7. nu. 8. Arm. verb. diuortio. n. 1. & verb. matrimonij, fin. Turrec. c. Apostolus, ar. 3. n. 3. 2. q. 7. Roland. conf. 50. nu. 5. & 6. volum. 1. Castillo

1. 80. Tauri. n. Lex. 13. ad finem, tit. 9. p. 4. & Lex. 1. fin. tit. 17. par. 7. vbi Gregor. Lopez, verb. nin. deshona. Montalius. l. 2. pauld post principium, tit. 10. p. 4. Couar. 4. decret. 2. p. e. 7. §. 1. nu. 8. Perez lib. 8. ord. in. tit. 15. l. 2. ad finem. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 205. Villalobos in cōmun. opin. litera. M. verb. maritus, num. 61. Brunellus de Sponsal. concl. 30. declaracione. 8. n. 12. Sebastianus Monticulus de patria potestate, verb. matrimonium, nu. 74. habetur tomo. 8. tract. p. 2. Rojas singulari. 2. l. 4. fin. Olanus in cōcordia, verb. maritus. n. 2. 4. Bursatus conf. 218. n. 8. vol. 2. Cantera in suis. q. criminalibus. q. rangētibz punitionem delicti. c. 4. num. 38. Barbosa rubrica. ff. soluto matr. 2. p. n. 3. Brunorus in suo compendio, litera. A. verb. adulterium, verb. adulterium arguitur.

7 Hinc inferitur, minimē obtinuisse consuetudinem, vt vxor nequeat virum adulterum dimittere. Quod docet Couar. numer. procedenti allegatus. Et constat ex tot Doctoribus antiquis, & Neoteriis ibi citatis, qui absolute diuortium in hoc euentu approbant, nec oppositē consuetudinis meminere. Vnde D. Basilius, nu. 1. allegatus dicens consuetudine obtentum esse contrarium, est intelligendus, vt velit rarissime feminas hoc diuortium tentare ob virorum adulteria. Qui non vsus ius intendandi minimē aufert: eo vel maximē quod hoc est ius naturale, & diuinum (vt probauimus, nu. 4.) quod est immutabile, nulla, consuetudine vinci potest. c. 1. d. 5. & inst. de iure naturali. §. sed naturalia.

8 Nec desideratur monitio, nempe, vt vir prius moneatur vt abstineat ad adulterio, sed ante omnem monitionē, ed ipso quod adulterij reus est, potest vxor ad diuortium procedere. Et audent vt liceat mari, & auia. §. quia verō plurimas, ver. si quis in sua domo, collat. 8. decidens non posse vxorem mittere repudium viro adultero, nisi prius eum moneat vt ad prædicto delicto desistat, & ibi notat Glossa, verb. non abstineat: non habet locum quoad diuortium. Nam attentio iure naturali, & canonico, sunt coniuges in hoc pares. Vt probauit. n. 6. Quamvis prædicta auth. dif-

crimen id cōstituerit ad repudium, vt vir nulla monitionē indigeat, quod vxorem adulteram repudiet, secus verō de vxore. Sic Barbosa alijs relatis. l. 2. p. 1. in principio. n. 98. ff. solu. matr.

Tandem id observandum est. Quamvis accusandi ius de adulterio, quoad penam criminalem, & civilem, præscribatur quinquennio. 1. adulter. c. ad l. Iulianam, de adulter. l. 4. tit. 17. part. 7. quoad diuortium tamen petendum, nunquam præscribitur, sed integrum est quanto cunq; tempore transacto illud petere. Cōstat ex c. ad monere. 33. q. 2. quod est Stephani. 5. vbi post septennium penitentia vxoris adultere, conceditur viro libera diuertendi facultas. Et ita obseruatur ibi Glossa, verb. penitentia, reprobatq; aliquos dicentes vincti annorum spatio præscribi. Quam Glossam sequitur Ananias. c. maritis, de adult. sine. Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 5. conclus. 1. n. 33. Aimon de antiquitate temporum. p. 4. sectione, materia ista singularitatis testis nu. 88. Prosper Farinatus præctica criminali. 1. p. q. 10. n. 20.

Ad argumenta. n. 1. proposita respondetur. Ad primū dicid non expressisse Christum de feminis, quia frequentius est vt viri perant diuortium. Sicut textus. c. de confes. in 6. decidit reum recusantem positionibus respondere, haberi tanquam confidentem esse de astore: eo quod æquale sit viri; conditio: non tamen expressum esse. Quia frequentius id reo contingit. Ad secundū dic non in omnibus successisse loco repudij antiqui (vt probauit disp. præcedenti, in fine.) Atq; vna ex differentijs, hæc est. Repudium enim solis viris concedebatur: Diuortium autem vtrique coniugi. Cuius rationem tradit. D. Th. 4. d. 35. q. vnic. art. 4. ad. 1. Quia repudium permittebatur ad vitandum homicidium coniugis adulteri: & quia periculū hoc non inueniebatur, nisi in solis viris, ideo illis solis permissum erat. At diuortium conceditur ratione fidei conjugalis factæ, quæ æquale inuenitur alterutro coniuge fornicanti. Atq; ideo vtrique æquale cōceditur diuortium. Ad tertium constat ex dictis. n. 7.

DISPUTATIO QUARTA.

An fornicandi volūtas. Quæuis fornicatio cōtra naturā siue cū propria vxore, siue cū alia femina, aut masculo, aut bestia, aut femina cū femina admilla, aut mollicies: penetratio vas absq; seminatione: vel seminatio intra vas absque penetratione, oscula, amplexus, iustam præbeant diuortio causam?

SUMMARIUM.

Non satis est voluntas sola fornicandi, numer. 1.

Referitur opinio affirmans non satis esse sodomiam, nu. 2.

Satis est sodomia, num. 3. Et ibi, an plus ledat matrimonium copula sodomitica, quam naturalis: & an lex panalis sit ob rationis identitatem extendenda?

An etiam sodomia passiva, siue viri, siue vxoris, præbeat iustam diuortio causam? numer. 4.

Quid, si vxor abutatur alia femina, sodomitice, nu. 5.

Quid, si vir tenet sodomitice cognoscere vxorem? nu. 6.

Quid, si palnat ipsam extra vas? nu. 7.

Quid, si ipsam sodomitice cognoscatur? nu. 8.

Quid, de pollutione extraordinaria cū tertio personam? vel in tra os, aut aures.

Quid, de peccato mollicies? nu. 10.

Quid de amplexibus, & osculis? Referitur opinio affirmans satis esse ad diuortium, & vt vxor dote priuetur. nu. 11.

Non sufficiunt. Et soluantur argumenta cōtra. nu. 12.

Statuti puniunt in termino, an puniat in viad. Et an prohibito consequenti censetur prohibito antecedens quoad penam? Et hæc non est imponenda, nisi in casibus iure expressis. eodem, nu. 12.

Quid, si in copula sodomitica, vel naturali, adit penetratio vas absque seminatione: vel seminatio intra vas, absq; penetratione? nu. 13.

Quid, de bestialitate. n. 14. & ibi, quid, de coitu cum femina, aut bestia mortuis.

Quid, si vir semon existens in balneo effundat. & matricem femine attrahat? eodem, n. 14.

Soluantur argumenta, nu. 15.

In hac disputatione id apud vniuersos auctores constitutissimum est, non sufficere ad diuortium, sola fornicandi voluntatem. Quia quamuis quoad culpam æquetur fornicationi ipsi

cap. 5. Matth. & referunt. c. qui viderit. 32. quælio. 5. ac non infert matrimonio damnatum, nec fidem eius violat, caroque coniugis non diuiditur, dum intra desiderij terminos sistit, opere minimē perpetrato. Atq; ita docent Abulen. c. 5. Matr. quælio. 23. & cap. 19. q. 69. Astenlis summ. 2. par. lib. 8. tit. 11. art. 3. q. 9. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 2. q. 5. Monaldus summa, vbi de diuortio. tit. 1. propter quid fiat diuortium in matrimonio, verb. item extenditur. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 1. §. 2. Sylu. verb. diuortium. q. 7. Tabiena matrimonium, 4. q. 2. nu. 3. Sotus 4. d. 36. quælio. vnica, art. 3. vers. vtrum vero. Gaeta repetit. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 214. Veracruz. 3. p. Speculi, art. 1. ad finem. Palacios. 4. d. 27. disput. 3. colum. 23. verfic. sed quid si alter, fol. 603. Nec refert, si voluntas illa verbis, aut alijs signis externis manifestetur (vt bene docet Abulen. ea. quælio. 233.) Quia adhuc militat rationes dictæ.

Verū de peccato sodomia, & alijs contra naturam, num sufficientem causam diuortio præbeant, non modica est difficultas. Et quidem sodomiam non sufficere ad diuortium, opinantur aliqui. Ducitur primò, quia ob solā adulterij causam permittit Christum diuortium, Matth. 5. & 19. sodomia autem coniugati, vel coniugata, non est propriè adulterium. Et in penis benignior est interpretatio accipienda, regula, in penis, de regal. iuris, in 6. Secundò, quia coniuges sola legitima membra, & eorum vsus necessarium ad generationem, videntur mutua fide sibi ipsis obligare: ac proinde sodomiticus vsus saltem patiēdo, cum non obstat vsui naturali necessario ad generationem, non videtur contra hanc fidem. Non ergo est legitima diuortij causa. Tertio, quia ex copula sodomitica non confurgit affinitas, cap. extraordinaria. 35. quælio. 3. Atque ideo hanc sententiam tuentur Gloss. c. omnes

